σαφῶς, sententia amari aliquid et duri in feminas et Clytæmnestram habet, quod nunc minus est rei aptum.

1621, 1622. Vulgo sunt chori; Stanleius Ægistho esse dandos putabat, vere. Λοχίτας habuit Ægisthus, quos sibi affectatæ tyrannidis satellites et adjutores præmiis conciliaverat, et qui jam ipsi rerum summæ potito præsto aderant. In Choephoris etiam v. 755 Ægisthi λοχῖται memorantur. Œdipus Tyrannus in tragœdia cognomine 338, poscit utrum Laius ἐχώρει βαιὸς, ἢ πολλοὺς ἔχων Ἄνδρας λοχίτας, οἷ' ἀνὴρ ἀρχηγέτης.

1630. Vulgo, πρὶν παθεῖν· ἔρξαντα καιρὸν χρῆν. Recepi Hermanni lectionem, nisi quod etiam ἄκαιρα conjecerit.

1636. Lacunam, recepta Blomfield. conjectura δ' ὑβρίσαι, implevi.